

plo, aut de Adriani equesri stana, que in ipso sancto sanctorum loco usque in presentem diem stetit. Abominatio quoque secundum veterem scripturam idolum nuncupatur: & idcirco additur, desolationis, quod in desolato templo atque destructo idolum positum sit.

LECTIO IX.

ABominatio desolationis intelligi potest & omne dogma peruersum: quod cum vidimus stare in loco sancto, hoc est in Ecclesia, & se ostendere Deum, debemus fugere de Iudaea ad montes, hoc est, dimissa occidente littera, & Iudaea prauitate, appropinquare montibus aeternis, de quibus illuminat mirabiliter Deus: & esse in recto, & in domino, quo non possit igni-

ta diaboli sacula pervenire, nec descendere & tollere aliquid de domo conversationis pristinae, nec querere quae retrorsum sunt: sed magis serere in agro spirituum scripturarum, ut fructuum capiamus ex eo: nec tollere alteram tunicam, quam Apostoli habere prohibentur.

Te Deum laudamus. 17.

Ad Benedictus, Antiphona. Cum videritis abominationem desolationis, quae dicta est a Daniele Propheta, stantem in loco sancto, qui legit, intelligat.

Ad Magnificat, Antiphona. Amen dico vobis, quia non praeribit generatio haec, donec omnia fiant: caelum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt, dicit Dominus.



PRO-

SANCTORUM.

PARS AUTUMNALIS.

DIE XXIX. AUGUSTI.

In Decollatione S. Joannis Baptistae. Duplex. Capitulum. Jacobi 1. b



Batus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae, quam reprobitur Deus diligentibus se.

Hymnus. Deus tuorum militum, ut in Communi Martyris. xxij. Gloria & honore.

Ad Magnificat, Antiphona. Misso Herodes spiculator, praecipit amputari caput Joannis in carcere: quo audito, discipuli ejus venerunt, & tulerunt corpus ejus, & posuerunt illud in monumento.

Oratio. Sancti Joannis Baptistae, precursoris & martyris tui, quaesumus Domine, veneranda festivitas, salutaris auxilii nobis praestet effectum. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

Deinde fit Commemoratio S. Augustini, Antiphona. O Doctor optime; Ecclesiae

sanctae lumen, beate Augustine, divinae legis amator deprecare pro nobis Filium Dei. Justum deduxit Dominus per vias rectas. Et ostendit illi regnum Dei.

Oratio.

ADesto supplicationibus nostris omnipotens Deus, & quibus fiduciam speranda pietatis indulges: incedente beato Augustino Confessore tuo atque Pontifice, consueta misericordiae tribue benignus effectum.

Postea S. Sabinae martyris Antiph. Simile est regnum calorum homini negotiatori quarrenti bonas margaritas: inventa una pretiosa, dedit omnia sua, & comparavit eam. Specie tua & pulchritudine tua. Incedente, prospero procede, & regna.

Oratio.

DEus, qui inter cetera potentiae tuae miracula etiam in sexu fragili victimarum martyrii contulisti: concede propitius; ut qui beatae Sabinae martyris tuae talitiam colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dominum nostrum.

Ad

Ad Mattheum; Invitatorium, Hymnus, Antiphona, Psalmi & Versiculi Nocturnorum dicuntur de Communi unius Martyris. xxlij. In primo Nocturno.

Incipit Jeremias Propheta. **Lectio i.** Cap. i.

Verba Jeremias filii Helciae de sacerdotibus, qui fuerunt in Anathoth, in Terra Benjamin. Quod factum est verbum Domini ad eum in diebus Josiae filii Amon regis Juda, in tertiodécimo anno regni ejus, & factum est in diebus Joakim filii Josiae regis Juda, usque ad consummationem undécimi anni Sedeciae filii Josiae regis Juda, usque ad transmigrationem Jerusalem, in mense quinto. Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Priusquam te formarem in utero, novi te, & antequam exires de vulva sanctificavi te, & Prophetam in gremio dedit te.

R. Misit Herodes rex manus, ac tenuit Joannem, & vinxit eum in carcere, quia metuebat eum, propter Herodiadem. **V.** Quam tulerat fratri suo Philippo uxorem. **R.** Arguebat Herodem Joannem propter Herodiadem. **Quam.**

Lectio ii.

ET dixit, A a a. Domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum. Et dixit

Dominus ad me, noli diceret: Puer sum, quoniam ad omnia, quae mittam te, ibis, & universa, quaecumque mandavero tibi, loqueris. Ne timeas a facie eorum: quia tecum ego sum, ut erum te, dicit Dominus. Et misit Dominus manum suam, & tetigit os meum: & dixit Dominus ad me, Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce constitui te hodie super gentes, & super regna, ut evellas, & destruas, & disperdas, & dissipas, & aedifices, & plantes.

R. Joannes Baptista arguebat Herodem, propter Herodiadem, quam tulerat fratri suo viventi uxorem. **V.** Misso Herodes spiculator, praecipit amputari caput Joannis in carcere. Propter.

Lectio iii.

Tuos, & surge, & loquere ad eos omnia, quae ego praecipio tibi. Ne formides a facie eorum: nec enim time re te faciam vultum eorum. Ego quippe dedi te hodie in civitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum arcum, super omnem terram, regibus Juda, principibus ejus, & sacerdotibus, & populo terra.

Et bellabunt adversum te, & non prevalebunt: quia ego tecum sum ait Dominus, ut liberem te.

R. Puella saltanti imperavit mater: Nihil aliud petas, nisi caput Joannis. **V.** Et constrictatus est rex propter jusjurandum, & propter simul discumbentes. **V.** Ait puella matri suae: Quid petam? at illa ait. Nihil. **Gloria Patri. Et constrictatus.**

In secundo Nocturno.

Ex libro sancti Ambrosii Episcopi de Virginibus.

Lectio iv. Lib. 3. part. iiii.

Quoniam beati Joannis Baptistae non stricium praeterenda est recordatio, interest, ut quis, & a quibus, & quam ob causam, quo modo, & quo tempore sit occisus, & advertere debeamus. Ab adultis justis occiditur, & a reis in iudicem capitalis sceleris poena convertitur. Deinde premium saltatricis, mors est. Propheta. Postremo (quod etiam omnes barbari horrere consuevit) inter epulas acque convivia consummandae crudelitatis profertur edictum: & a convivio ad carcerem, de carcere ad convivium, feralis flagitii circumfertur obsequium. Quantae in uno facinorae sunt crimina.

R. Justus germinabit sicut lilium. **V.** Et florabit in aeternum ante Dominum. **V.** Plantatus in domo Domini, in atris domus Dei nostri. Et.

Lectio v.

Quis non, cum de convivio ad carcerem cursuri videret, putaret Prophetam jussum esse dimitti Quis, inquam, cum audisset natalem esse Herodis, solemne convivium, puella optationem eligendi quod vellet datam, missum ad Joannem ob solutionem non arbitraretur? Quid crudelitati cum deliciis? quid cum furebibus voluptati? Rapitur ad primum Prophetam conviviali tempore, conviviali praecipit, quod non cuperet vel absolvi: perimitur gladio, ab hoc crudelitati ferculum debebatur, quo insatiata epulis feritas vesceretur.

R. Iste cognovit justitiam, & vidit mirabilia magna, & exoravit Altissimum. **V.** Et inventus est in numero sanctorum. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad caelestia regna. Et.

Lectio vi.

Invenit rex acerbissime, in tuo speculaculo digna convivio. Porrigit dexteram, ne quid severitatis tui desit, ut inter digitos tuos rivi defluant sacri cruoris. Et quoniam non exsauriri epulis fames, non restinguiri poculis potuit inaudite savitiae scitis: bibe sanguinem scurrilientibus adhuc venis exsecratis capitis profluentem. Cerne oculis

los in ipsa morte sceleris tui testes, aversantes conspēctum deliciarum. Clauduntur lumina non tam mortis necessitate, quam horrore luxurie. Os aureum illud exangue, & cuius sententiam ferre non poterat, conticescit, & adhuc timetur.

29. Honestum fecit illum Dominus, & custodiit eum ab inimicis, & a seducitibus tuavit illum. * Et dedit illi claritatem æternam. * Descenditque cum illo in foveam: & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit Glória Patri. Et.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Marcum.

Lectio vij.

Cap. 6. c.

In illo tempore: Misit Herodes, ac tenuit Joannem, & vinxit eum in carcere, propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui, quia dixerat eam. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

Serm. 10. in novis Sermōib.

Cum sanctum Evangelium legeretur, crudelē spectaculum ante oculos nostros constitutum esse: caput sancti Joannis in disco, feratis missus crudelitatis propter odium veritatis. Puella salutat, & sicut mater: & inter lascivias & delicias conviviuntium tēmerē juratur, & impie quod juratur

implētur. Factum est Joanni quod ipse praxiderat. De Domino enim Jesu Christo dixerat: Illum oportet crescere, me autem minui. Iste mundus est in capite, ille crevit in cruce. Odium peperit veritas. Non potuit aquo animo tolerari, quod homo Dei sanctus movebat: qui utique salutem eorum querebat, quos sic movebat. Responderunt illi mala pro bonis.

30. Desiderium animæ eius tribuisti ei Domine, * Et voluntate laborum eius non fraudasti eum. * Quoniam pravenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Et.

Lectio vij.

Quid enim ille diceret, nisi quo plenus erat? Et quid illi responderent, nisi quo pleni erant? Ille triticum seminavit, sed spinas invenit. Dicebat regi: Non licee tibi habere uxorem fratris tui. Vincēbat enim regem illydo: tenebat apud se prohibitam uxorem fratris sui. Sed eam tamen sic liberabat, ut non sciret. Honorabat eum, à quo verum audiebat: sed mulier detestabilis odium concipiebat, quod aliquando dato tempore pareret. Quando autem parturiebat, peperit filiam, filiam saltantem.

Stola iucunditatis induit eum Dominus: * Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus. * Cibavit illum Dominus pane vite & intellectus, & aqua sapientie salutaris potavit illum. Et coronam. Glória Patri. Et coronam.

Pro Sancta Sabina martyre.

Lectio ix.

Sabina mulier Romāna, Valentini viri clarissimi uxor, à Seraphia virgine Christiana fidei præceptis instituta, post sancte virginis martyrium collectas ejus reliquias piis exequiis sepelivit. Quæ propter eam causam paulo post Adriano Imperatore comprehensa, Elpidio iudicisitur. Cui is: Tu ne illa Sabina, & genere & matrimonio nobilissima: Ac illa: Sum, inquit: sed Domino meo Jesu Christo gratias ago, qui me intercessione Seraphiæ famulæ suæ à demonum potestate liberavit. Quam variè tentatam, ut propositum mutaret, cum à fidei constantia movere non posset, Prefectus, pronuntiatā sententiā quod deos contemneret, capitis damnavit. Eius corpus à Christianis in eodem sepulchro conditum est, in quo ipsa magistram fidei suæ Seraphiam posterat.

Te Deum laudamus. 17.

AD LAUDES.

Herodes enim tenuit & ligavit Joannem, & posuit in carcerem propter Herodiadem. Psalmi. Dominus regnavit, cum reliquis. 18. Antiphona. Domine mi rex, da mihi in disco caput Joannis Baptistæ. Antiphona.

Puella saltanti imperavit mater, nihil aliud petas nisi caput Joannis. Antiphona. Arguebat Herodem Joannes propter Herodiadem, quam tulerat fratri suo Philippo uxorem. Antiphona. Da mihi in disco caput Joannis Baptistæ: & contristatus est rex propter iusjurandum.

Capitulum. B eatus vir.

Hymnus I nvice. xxxij. Justus ut palma florebit. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Ad Benedictus, Antiphona. Misso Herodes spiculatoris præcepit amputari caput Joannis in carcere: quo audito, discipuli eum venerunt, & tulerunt illud in monumento.

Oratio. Sancti Joannis Baptistæ, ut supra. 331.

Pro Commemoratione S. Sabinae, Antiphona. Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera ejus. Diffusa est gratia in labiis tuis. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Ori-

Oratio. Deus, qui inter cœtera, ut supra, 135.

Ad Tertiam, Antiphona. Domine mi rex. Capitulum. B. cœtus vir, ut supra.

Et breve. Gloria & honore.

Coronasti eum Domine. Gloria & honore. Et constituisti eum super opera manuum tuarum. Coronasti.

Gloria Patri. Gloria & honore. Posuisti Dominum super caput ejus. Coronam de lapide pretioso.

Ad Sextam, Antiphona. Puella saltanti.

Capitulum. Eccl. 15.

Chabiv illum pane vite & intellectus, & aqua sapientia salutaris potavit illum Dominus Deus noster.

Et breve. Posuisti Domine, Super caput ejus. Posuisti.

Coronam de lapide pretioso. Super. Gloria Patri. Posuisti. Magna est gloria ejus in salutari tuo. Gloria et magnum decorem impones super eum.

Ad Nonam, Antiphona. Da mihi in discipulo.

Capitulum. Eccl. 37.

Justus cor suum tradidit ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, & in conspectu Altissimi deprecabitur.

Et breve. Magna est gloria ejus. In salutari tuo. Magna. Gloria et magnum decorem impones super eum.

Oratio. sancti Joannis Baptistæ, ut supra, 351.

In salutari. Gloria Patri. Magna. Justus ut palma florebit. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Ad Vesperas, Antiphona. Herodes enim, cum reliquis de Laudibus. 335. Psalm. Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica, 135. Et loco ultimi, Psalm. Credidi.

Vesperæ a Capitulo desequenti. Comm. precedentis. DIE. XXX. AUGUSTI.

In festo S. Rosæ & S. Mariæ virginis Limanæ.

Oratio. Omnia de Communi Virginum. xc. præter sequentia.

Oratio.

Bonorum omnium largitor omnipotens Deus, qui beatam Rosam, cœlestis gratiæ rore præventam, virginitatis & patientiæ decore Indis florescere voluisti: da nobis famularis tuis; ut in odorem suavitatis ejus currentes, Christi bonus odor effici mereamur. Qui tecum vivit.

Et sic Commem. Decolorationis S. Joannis Baptistæ. Antiphona. Misit Rex incredulus ministros terribiles, & amputari jussit caput Joannis Baptistæ.

Justus ut palma florebit. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio. sancti Joannis Baptistæ, ut supra, 351.

Deut.

Deinde Commem. sanctior. Felicitis, & Adaugi Martyr. Antiphona. Istorum est enim regnum cœlorum, qui contempserunt vitam mundi, & pervenerunt ad patriam regni, & laverunt scolas suas in sanguine Agni. Lætaminus in Domino, & exultate justi. Et gloria tibi omnes recti corde.

Oratio.

Ajestatem tuam Domine supplices exoramus, ut sicut nos fugiter Sanctorum tuorum commemoratione lætificas, ita semper supplicatione defendas. Per Dominum.

In primo Nocturno Lectio-nes de Scriptura occurrunt.

In ii. Nocturno. Lectio iv.

Primus Americæ Meridionalis flos sanctitatis virgo Rosa, Christianis parentibus Limæ progenita, mox ab incunabulis claruit futuræ sanctimonie indicium vultus infantis mirabiliter in rose effigiem transfuraturus, huic nomini occasionem dedit: cui postea virgo Deipara cognomen adjecit, jubens vocari demceps Rosam à sancta Maria. Quinquennis votum perpetuæ virginitatis emisit. Adul- tor, ne a parentibus ad nuptias cogere- tur, clam subimet venustissimam capitis casariem præcidit. Jesumis supra humanum modum ad-

dicta, integras Quadragesimas transiegit pane abstinentis, ac diem solis quinque granulis mali citrini victicantis. Et deditur te mirabilior dextera tua. Specie tua, & pulchritudine tua iocunde, prospere procedo, & regna. Et. Lectio v.

Habitum Tertii Ordinis sancti Dominici assumpto, pristinas vite austeritates duplicavit: oblongas asperrimoque cilicio sparsim minusculas acus innexit: sub velo coronam deusis aculeis introrsus obarmatam interdiu noctique gestavit. Sanctæ Catharinæ Senensis ardua premissis vestigia, catena ferrea, triplici nexu circumdoga, lumbos cinxit. Lægulum sibi est truncis nodosis composuit, horumque vacuas commissuras fragmentibus testarum implevit. Cellulam sibi angustissimam struxit in extremo hor-ti angulo, ubi cœlestium contemplationi dedita, crebris disciplinis, inedia, vigiliis corpusculum extenuans, at spiritu vegetata, larvas demomon, frequenti certamine victrix, impavidè protrivit, ac superavit.

Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ. Propter veri-

Par. Autumnalis.

P

ri-

ritatem, & mansuetudinem,
& iustitiam. Propiterea.

Lectio vij.

A Grūdinum tormē-
tis, domesticōrum in-
sultibus, linguarum morsibus
dura agitata, nondum satis
pro merito se affligi que-
batur. Per quindecim annos
ad plūsculas horas desolatiō-
ne spiritus, & ariditate mis-
errimē contabescens, forti
animo tulit agōnes omni
morte amariōres. Exinde
cepit supernis abundare de-
licis, illustrari visionibus,
colliquescere Seraphicis ar-
doribus. Angelo tutelari,
sanctę Catharinę Senēsi,
Virgini Deiparę inter assi-
duas apparitiōnes mirę fami-
liaris, a Christo has voces
audire meruit: Rosa cordis
mei tu sponsa esto. De-
nique Sponsi hujus Paradiso
felicitate inuētam, plurimis-
que ante & post obitum
mirāculis cortiscam, Clemens
Decianus Pontifex Māximus
sanctarum Virginum catalo-
go ritu solēmi adscripsit.

2. Afferentur Regi virgines
post eam, & proxima ejus.

3. Afferentur tibi in læticia
& exultatione. **4.** Spēcie
tua, & pulchritudine tua
intēde, prospere procedē,
& regna. Afferentur tibi.

Gloria Patri. Afferentur.

Interio Nocturno Homilia

S. Gregorij Papę in Evangē-

lium. S imile erit regnum

Festa Augusti.

celōrum decem virginibus,
de Communi Virginum cūj.

**Pro SS. Martyribus Felice,
& Adaucto.**

Lectio iij.

Felix, Diocleciano &
Maximiano Imperato-
ribus, propter suscepti-
onem Christi religionem com-
prehensus, in Serapidis tem-
plum adductus est. Cui sacrifi-
care cum iuberetur, os si-
mulacri conspuuit. Quo fac-
to, statim aerea statua cōruit.
Quod cum iterum ac tertio
in ede Mercurij, Dianęque
factum esset, impietatis, &
magicę artis accusatus, equi-
leo torquetur. Mox ad secun-
dum ab Urbē lapidem via Os-
tiēsi ducitur, ut securi feri-
rētur. Cui inter viam oblatus
quidam Christianus, cum Fe-
licem agnoscens ad Marty-
rium duci vidēret: Ego quo-
que, clara voce inquit, eā-
dem, qua iste, lege viuos ego
eundem Jesum Christum co-
lo. Itaque Felicem osculatus,
cum eo securi percūritur,
tertio Kalēdas Septēbris
cujus nomen cum ignōtum
esset Christianis, is Adaucti
nōmine nobilitatus est, quod
sancto martyri Felici adau-
tus sit ad coronam.

T e Deum laudamus. 17.

In Laudibus sic Commem-

moratio SS. Felicis, &c.

Martyrium. Vespere a Capitulo de so-

quenti.

Festa Augusti.

DIE XXXI. AUGUSTI.

In festo sancti Raymundi

Nonnati Confessoris.

Duplex.

Omnia de Communi Con-

fessoris non Pontificis lxxiij.

præter ea, quę sequuntur.

In Hymno. Iste Confessor,

mutatur tertius Versus.

Oratio.

Deus, qui in liberandis
fidelibus tuis ab ini-
piorum captiuitate,
beatum Raymundum Con-
fessorem tuum mirabilem
efficisti: ejus nobis interces-
sione concede, ut a pecca-
torum vinculis absolutus, quę
tibi sunt placita, liberis
mentibus exequamur. Per
Dominum nostrum.

Fit Commemoratio præ-

cedentis.

Lectio prima Nocturni.

Beatus vir, qui inuentus est,

ut in Communi Confessoris

non Pontificis. lxxv.

In secundo Nocturno.

Lectio iij.

Raymundus, Nonnatus

cononento dictus,

quia præter commit-
tam naturę legem ē mor-
tuz matris dissecto latere in
lucem eductus fuit, Portelli
in Catalonia piis & nobilibus
parentibus ortus, ab ipsa in-
fanta futura sanctitatis in-
dicia dedit. Nam puerilia
oblectamenta, mundicie il-
lecebras respuens, ita pietati
operam dabat, ut oranes in

phero adultam virtutem ad-
mirarentur. Crescente vero
tate, literarum studiis in-
cubuit: sed mox jubente
patre vitam ruri agens, sacē-
lum sancti Nicolai in Por-
telli finibus suum crebro
adibat, ut sacram Deiparę
imaginem, quę in eo sum-
ma fidelium veneratione
etiā nunc colitur, visita-
ret. Ihesusius in preces, ip-
sam Dei parentem, ut se in
filium adoptaret, viamque
salutis, ac scientiam Sancto-
rum, edocēre dignaretur
enixę deprecabatur.

2. Honoratum fecit illum
Dominus, & custoditum eum
ab inimicis, & a seductoribus
tutauit illum. **3.** Et dedit illi
claritatem æternam. **4.** Jus-
tum dedit Dominus per
vias rectas, & ostendit illi
regnum Dei. Et dedit.

Lectio vij.

Nec defuit vocis ejus be-

nignissima Virgo: ab
ipsa enim intellexit, gra-
tissimum sibi fore, si Reli-
gionem, sub titulo de Mer-
cedē, seu de Misericordia
Redemptiōnis Captiuorum,
ca suggerente super fun-
datam, ingrederetur. Qual
monitione percepta, Bar-
cionam statim profectus,
illud tam præcellentis erga
proximum charitatis insi-
stitutum amplexus est. Regu-
lari igitur militię adscriptus
virginitatem, quam pridem

P 2

bea-

Festa Augusti.

beate Virginie consecraverat, perpetuo coluit, ceterisque virtutibus enituit, charitate præsertim erga Christianos, qui sub potestate Paganorum miseram in captivitate vitam debebant. Hos ut redimeret, in Africam missus, cum iam malos à servitute liberasset, ne, consumpta pecunia, aliis item in proximo abneganda fidei discrimine constitutis deesset, seipsum pignori dedit; sed cum ardentius succensus, plures Mahometanos suis concionibus ad Christum converteret, in arctam custodiam à barbaris conjectus, variisque suppliciis cruciatus: mox labris perforatis, & sera ferrea clausis, crudèle martyrium diu sustinuit.

R. Anxiet eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum: * Et ad portas paradisi consonavit eum.

V. Induit eum Dominus lorricam fidei, & ornavit eum. Et ad.

Lectio vi.

O B hæc & alia fortiter gesta, sanctitatis ejus fama longe latæque diffusa est: qua peremptus Gregorius Nonus, in amplissimum sancte Romanæ Ecclesiæ Cardinalium collegium Raymundum adscripsit: sed vir Dei in ea dignitate ab omni pompa abhorrrens, religiosæ hu-

milicatis tenacissimus semper fuit. Romam verò pergens, statim ac Caradonam pervenit, extremo morbo confectus, Ecclesiasticis Sacramentis muniri summis precibus postulavit. Cumque morbus ingravesceret, & sacerdos diutius tardaret, Angelorum ministerio, sub specie Religiosorum sui Ordinis apparentium, salutari viatico refectus fuit. Quo sumpto, & gratiis Deo peractis, migravit ad Dominum Dominica ultima Augusti, anno millesimo ducentesimo quadragésimo. Mortui corpus, cum circa locum sepulture contentio orta esset, arce inclusum, & mulæ cæce impostum, ad sacellum sancti Nicolai Dei nutu delatum fuit, ut ibi tumularetur, ubi prima jecerat sanctioris vite fundamenta. Illic constructo sui Ordinis Cœnobio, à confluentibus voti causa ex universa Catalonia fidelibus populis honoratur, variis miraculis & signis gloriosus.

R. Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrederere in requiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cælestia regna. Quia te vidi. **Gloria Patri.** Quia te vidi.

le

Festa Augusti.

Intertio Nocturno Homilia sancti Gregorii Pape in Evangelium. Sint Iunbi vestri præcincti quæ in Communi Confessoris non Pontificis. lxxxij.

In secundis Vesperis fit Commemoratio sequentis.

FESTA SEPTEMBRIS.

Prima die non impediatur Officium Deiunctorum. clxxij.

DIE I. SEPTEMBRIS.

Sancti Aegidii Abbatis.

Oratio.

Intercessio nos, quaesumus Domine, beati Aegidii Abbatis commendet: ut quod nostris meritis non valemus, ejus patrocinio assequamur. Per Dominum nostrum.

Deinde fit Commemoratio sanctorum Duodecim fratrum Martyrum, Antiphona. Istorum est enim. **V.** Letamini in Domino, ut supra. 337.

Oratio.

Fraterna nos Domine Martyrum tuorum corona letificet: quæ & fidei nostræ præbeat incrementa virtutum, & multiplici nos suffragio consolatur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

Lectio in.

AEgidius Atheniensis, regis stirpis, à prima ætate divinis litteris, & charitatis officii ita

edidit fuit, ut nihil præterea curare videretur. Itaque parentibus mortuis, totum patrimonium in pauperes erogavit: quin etiam tunicam exiit, ut ægrorum egenent tegeter: qua ille indutus statim convalescit. Sed multis deinceps clarior miraculis, tunc sui nominis celebratam, Arelatam ad beatum Cæsarium contendit: a quo post biennium discédens, secessit in eremum: ubi divitiis herbærum radicibus, & cervæ lacte, quæ statim ad eum horis veniebat, admirabili sanctitate vixit. Quæ cervæ, insequentibus quodam die canibus regis, cum in antrum Aegidii refugisset, Gallia regem impulit, ut ab eo summis precibus pereretur, ut in loco spelunca monasterium extrui pareretur. Cujus administrationem, flagitante rege, invitus suscepit: eoque munere aliquot annis prudenter piæque gesto, migravit in celum.

Te Deum laudamus. 17.

In Laudibus fit Commemoratio sanctorum Duodecim Fratrum Martyrum, Antiphona. Vestri capilli captivi omnes numerati sunt: nolite timere: multis passeribus meliores estis vos. **V.** Exultabunt sancti in gloria suis. **Oratio.** Fraterna nos, ut supra. 341.

P 1

DIE